

Theodor Johann Quistorp

**Fratribvs. Optimis Ioanni. Iacobo Ac Bernardo Friderico Qvistorpiis Gradvm.  
Magisterii. In. Artibvs. Nactis Novvm. Honorem. Gratvlatvr. Insimvlq. Nodvm.  
Illvm. Gordivm. Qvaestionis Cvr. Magisterii. Candidati. Antea. Qvam.  
Promoveantvr. Reiterationem. Promotionis Eierare. Adstringantvr Modeste**

Rostochii: Warning, [1742]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770296874>

Druck    Freier  Zugang



FRATRIBVS. OPTIMIS  
IOANNI. IACOBO  
AC  
BERNARDO  
F R I D E R I C O  
QVISTORPIIS

GRADVM. MAGISTERII. IN. ARTIBVS. NACTIS

NOVVM. HONOREM. GRATVLATVR. INSIMVLQ.

NODVM. ILLVM. GORDIVM. QVAESTIONIS

CVR. MAGISTERII. CANDID ATI. ANTEA. QVAM. PRO-  
MOVEANTVR. REITERATIONEM. PROMOTIONIS  
EIERARE. ADSTRINGANTVR

MODESTE. SOLVIT

FRATER. GERMANVS


THEOD. IOANN. QVISTORP

PHIL. AC. IVR. CVLT.

ROSTOCHII. STANNO. WARNINGIANO



35



## FRATRES. OPTIMI



ACERE quempiam posse, saluo suo iure, prouerbium equidem est, & notoriissimum, & effectibus suis legalibus stipatum: ast dubitabam, an ego hodie saluo fraternitatis, & inde redundantis amoris iure possem. sub uno quippe corde nutriti vnum sanguinem hausimus; hinc vna nobis felicitas, vnuus honos, vnum gaudium. ingratus in me ipsum, meique & *vestrum* immemor viderer, quod n'si, qui *vobis* hac luce confertur, honorem laeta mente, faustisque votis prosequendum mihi sumerem; publicamque *vestram* dignitatem publica gaudii mei tessera notarem. accedit, tam integerrimo *vos* in me nunquam vñquam non vsos esse fraterno amore, vt parem *vobis* proprio quadam iure reciprocum vindicare possitis. gratulabundus itaque, quem assiduis curis, indefessis lucubrationibus, nec praepostera diligentia promeruistis, summo in artibus honoris gradu *vos* ornari audio, video. laudibus *veſtris* perorandis gratam optarem operam nauare possem: possum autem minime. quod veritas iubet, *vestra* interdicit modestia, adulandique suspicionem, summa, quae inter nos est, dignit necessitudo. sufficit, dignos *vos* visos, quos EXCELLENTISS. ARTIVM. FACVLTAS osculo sibi, ac sapientiae desponset, non fulstis eorum ex numero, qui vana emergendi libidine ducti cursum studiorum perfunctorie ac vere percurrunt; ac canum instar, nimium festinando coecos pariunt catulos; dumque honores ambeunt, quae eorum remedia, praetereunt. longa est retro annorum series, ex quo in stadium sapientiae intrafistis, ex quo ad metam contendistis, accessistis, quidquod, tantum abest,

best, vt hodie, vbi palmam attigisse *vobis* licuit, subsistendum  
rati sitis, vt sacramento *vos* obstrinxeritis, plus vltra eluctandi.  
ex quo nimirum academici clericis adnumerati, hi vero militum  
instar habiti, quae sui sunt officii, rite exequi se velle, iure iu-  
rando promittant, inualuit. idem ergo & *vobis* incubuit, idem  
& *vos* praestitistis modo ad altiora euecti. immo lubet, hac an-  
sa dicendi enata, prius, quaedam, quam ad vota me accingam,  
circa hocce iusiurandum, quod modo iurastis, in magisteriale,  
pro ingenii modulo meditari ex more, atque differere. haud  
ingratam *vobis* spero fore hancce operam, saltim non molestam,  
quippe reapse circa *vosmet* ipsos, vestrique quod est negotii, oc-  
cupatam qualem meam qualem meditationem quum sistat. quod-  
si nonnulla ab ingenii acumine, ab acrimonia iudicii remota vi-  
debuntur, nusquam ab integerrimo, quo *vos* prosequor, ani-  
mni cultu, aut studio *vestra*, quae ad sapientiam ducunt, pre-  
mendi vestigia inuenietis aliena.

§. I. SIC. ERGO mens est FRATRES. OPTIMI discutien-  
dae quaestioni: cur magisterii candidati, antequam promovantur,  
de non iteranda dignitatis huius assumptione iure iuriando se obstringere ce-  
gantur; operam nauandi. prius autem, quam ad ipsam soluen-  
dam me accingere possim, nonnulla de magistri titulo; nec  
non de veteri scholarum, tam inferiorum, quam superiorum,  
quas graeca voce academias vocare solemus, ratione ex antiqui-  
tatum & historiae monumentis videntur adducenda, quo magis  
dilucide, quae infra dicenda, percipientur.

§. II. AD. PRIVS vocem nimirum magistri, quod adti-  
net, quamuis vexatissima ea, quod ad significationem pariter  
ac originem (a) videatur: penitus tamen inspecta ea, iam  
FABRO patuit, vocem magistri omnes eus complecti, quibus  
praecipua negotii cura commendata, seu omnes praefectos: (b)  
siquidem eam, vti philosophi loqui amant, in sensu generalio-  
ri sumere velis, ac latiori. euindem generalem vocis ambitum ag-  
noscit PAVLVS ICTUS in L. 57. ff. de V. S. cuius pariter exscri-  
bere verba operae pretium duxi. (c) nec falluntur. etenim, si  
modo id, quod illis, qui magistri adpellabantur, commune in-  
uenimus, animo voluamus, non alia, nisi quam & ICTUS & le-  
xicopraphus suppeditauere, mente idea nascetur, inuenies diuer-  
sissimis

fissimis negotiis praefectos communi magistrorum nomine insig-  
nitos, non aliam ob causam, quam quod magistri synonymon praes-  
fectus esset. inuenies magistrum nauis; (d) magistrum societati-  
publicae; (e) magistrum coniuiorum; (f) equitum magistrum; (g)  
magistrum vicorum; (h) plumbi magistros; magistros registrata-  
rum bullarum; magistros supplicationum; (i) & varii adhuc ge-  
neris alios, quos nimis longum foret hic enumerare omnes. in  
singulis denominationis rationem quis quaerat, & inueniet, in  
eo, quod certo negotio cum praecipua cura sint praefecti, con-  
uenire omnes eos, quos magistros nominare consuevere quirites.  
quidquod, inde factum, vt, quum, qui praesunt, dirigant, ac  
inperent, ab eodem fonte etymon duxerit titulus magistratus, ab  
antiquata nimirum voce: magisterare, quod idem esse, ac inpera-  
re, dirigere, cit. lexicographus ex verbis FESTI dedit probatum;  
cui & assentire videtur ICtus in lege modo allegata. (k)

(a) vid. thesaurus erud. scholasticae, FABRO-BUCHNERIANVS v.  
magister.

(b) l. c. verbis: *sive magistri propriè diuuntur arrium praceptorès,*  
*paedagogi: & transfertur deinde hoc nomen ad omnes, quibus*  
*praecipua cura rerum incumbit, sive ad quoscumque praefectos.*

(c) ita autem, cui praecipua, inquit, cura rerum incumbit, &  
qui magis quam coeteri diligentiam & solicitudinem rebus, quibus  
praesunt, debent, hi magistri appellantur. conf. omnino ANDR.  
ALCITVS de. V. S. ad L. alleg.

(d) apud HEINECCIVM in synt. ant. rom. libr. IV. tit. VII. § 3.

(e) eius officium auctoritatemque vides apud EVM. l. c. libr. III.  
vir. XXIII. XXVII. §. 14, ubi simul quaedam de promagistro, eius  
in prouinciis vicario, inuenies.

(f) quem summo iure germanico idiomate nominare quis posset: den  
Sauffmagister. lepidum eius, cui praefectus erat, munus ex-  
pli car ROSINVS in ant. roman. edit. belgicae p. 395.

(g) quem depictum dedere ROSINVS l. c. p. m. 528. ANDR. DOM.  
FLOCCVS in libello: de potestatibus romanorum, falso sub nomine  
L. FENESTELLAE circumlato. libr. II. cap. 9. POMPONIVS  
LAETVS in libello: de magistratibus rom. libr. I. cap. 16. RA-  
PHAEI. VOLATERRANVS ir. de magistratibus & sacerdotiis rom.  
alio ab initio, IVSTVS LIPSIUS ir. de magistr. pop. rom. cap. 17  
IANVS

IANVS GVILIELMVS de eod. them. cap. 6. qui quidem cap. 5.  
idem quod LIPSIVS l. c. adnotauit, dictatorem aliquando magis-  
trum populi appellatum, aliiq.

(b) de quo vid. ROSINVS c. l. p. m. 545 & IAN. GVILIELMVS  
d. l. cap. 18.

(c) quos tres postremos inter officiales & ministros pontificis enumerat  
AVCTOR catalogi eorum, quem vide apud SCRIVERVM in rep.  
romana sub fin.

(k) ubi pergit: quin etiam ipsi magistratus per derisionem a magistris  
cognominantur.

§. III. TAM. LATISSIMVS vocis huius quamuis sit ambi-  
tus; in strictiori tamen acceptance ea nonnisi liberalium artium  
praeceptoribus, ac inter hos strictissimo sensu grammaticis fuit  
tributa. (l) quo dein modo ex scholis in academias transferit, pe-  
culiarisque dignitatis academicae tessera factus fit magistri titulus,  
iam restat, ut explicemus. commode vero id fieri posse dubito,  
nisi prius quaedam de veterum scholarum facie, & ex illis ena-  
ta academiarum instauratione, leui quamvis penicillo, tantum,  
quantum ad rhombum nostrum faciet, depingamus.

(l) vti quidem multis exemplis conprobavit cit. FABER. l. all.

§. III. SED. MESSEM nobis iam fecere in enarrandis roma-  
mae, aliarumque gentium, scholarum origine, progressu, in-  
stitutis, fatis, ac incrementis, celeberrimi semper, iam ambo in-  
ter beatos degentes viri, CONRINGIVS (m) atque HEINECCIVS  
(n) quibus qua romam viam praeparasse videtur ROSINVS (o)  
quorum hic dicta repetendo, crambem bis coctam recoquere,  
ac ex charta in papyrus transcribere haud immerito videremur.  
nec spicilegio quidem locus. quid enim tam vastissimae lectionis  
viros lateret? neutquam tamen spernendae elegantes, quas IO.  
VORSTIVS in praefatione, quam suae operum SVLPITII. SE-  
VERI praemisit editioni, exhibet de veteri scholarum statu obser-  
vatiunculae. (p) lubens idcirco huic supersedere constitui nego-  
tio; id prius si monuerim ROSINV M cl. ex errore forte typog-  
raphi, falso allegasse L. 33. C. de locat. quum tamen haec nul-  
lam scholarum iniiciat mentionem, vti quidem L. 35. eod. quam  
si substituendam esse contenta docent,

(m) in antiquitatibus academicis.

(n) in

(n) in antiquis romanis proem. §. 43. seqq; nec non libr. I. cit. 25.  
a §. 6. ad finem tituli: quam in compendium redactam exhibet histo-  
riam in historia iuris p. m. 296 §. 296. seqq.

(o) l. saepe cit. p. m. 25.

(p) prodit ea BEROLINI. 1668. in 12.

S. V. BREVIBVS itaque ex CONRINGII (q) HELMOLDI (r)  
aliorumque, suo loco ciendorum, historicorum scriptis tantum  
de scholis germanorum edisseram, quantum sufficiat ad distincie  
respondendam, quam in medium protuli quaestionem. nec ta-  
men hic ab ouulis, vt loquuntur exordier: initium a temporis  
bus CAROLI M. faciam. IS. QVIDEM vbi post tot clades, atque  
victorias rebellem infestamque sibi (s) tandem perdomuerat sa-  
xonicam gentem; eo omnes intendit animi vires, vt & minu-  
endo eorum numerum, potentiam viresque; & conuertendo  
eorum animos, feritatem, ex iis profligaret. (t) eum in finem  
coloniam aliam, vt romam migraret, (v) italiamque domicili-  
um eligeret, iussit: aliam in galliam; (w) in transiluaniam aliam  
misit; aliae aliam petere terram imperavit. christianum vero il-  
los docendi DEI cultum vt suauioribus animos eorum adsuelse-  
ret moribus, scholas complures instaurauit, iisque industrios praefecit  
ludimagistros; vt rudes ibi laxones prima chr stianae re-  
ligionis addiscerent rudimenta. quae quidem scholae qua ratio-  
ne in claustris, monasteriis, ac episcopiis institutae, multiplica-  
taeque, quem fugit, nisi quem prima quoque historiae fu-  
giant elementa? (x)

(q) l. c. diff. Illia per tot.

(r) in chronica slavorum libr. I. cap. III. notis BANGERTI illustrata.

(s) quae mouerint CAR. M. rationes, ut tanto in saxones feratur odio;  
quaque ratione eos & ad officium & ad christianam religionem redu-  
cerit, suavi calamo enarrat HEISSIVS dans l' histoire del' empire

partie I. cap. II. in vita CAROLI M.

(t) digna sunt HEISSII quae hic referantur verba. c. l. p. 19. Et  
même, inquit, pour leur ôter l' occasion de retomber dans  
la felonie, il fit transferer en France & en Italie plus de vint  
mille des meilleures familles, qui habitoient le long de l'  
Elbe. Il les mit par ce moyen hors d'état de violer le traité,  
qu'il venoit de faire avec eux, dont vne des principales con-  
ditions étoit, qu'ils renonçoyent à l' idolatrie, & que le chri-  
stianisme seroit établi dans toute la Saxe.

decem

decem millia familiarum taninis numerat HERMOLDVS l. e. n. 4.  
verbis: Nullis itaque ferè annis à bello vacantibus, tandem  
Saxones ita profligati leguntur, vt ex his, qui utrasque ripas  
Albiae incolunt, decem millia hominum cum mulieribus &  
paruulis in Franciam translati sint. nec transmissionis in itali-  
am mentionem iniicis: sed de hac plane siles, eius narratio.

(v) unde, quae romae exfas, aedes saxia nomen sortita videtur an-  
siquariis.

(w) quum ex HELMOLDIO ac HEISSIO probatum dederimus, sa-  
xones in galliam translatos iuxta albim flumen habitasse, haud obscu-  
ra iam vocis albini ac albinagii dari exinde potest etymologia, cir-  
ca quam critici mirum in modum huicdum se torsere, conf. DE. LVDE-  
WIG in diff. de peregrin. : albinago ac wildfangiatu cap. I. albi-  
num significare iuxta albim degentem facilius uni liquet cnique. al-  
binagii etymon sic damus: to age, si terminatio vocis est, gallis ple-  
rumque domicilium seu sedem, significat. Sie l' hermitage anachoriae  
synonimon; apanage vii vocis idem est quod apartage, sedes peculia-  
ris. albinagii itaque illis non sine ratione dicebantur aduenae, qui  
iuxta albim sua habuerant domicilia: cumque ii peregrini essent,  
vox albinagii tam largam significationem nacta, vt commune peregri-  
norum nomen fieret. quae quum ita sint, cur ius regi franciae in-  
hereditates peregrinorum competens, ius albinagii dicatur, haud ob-  
scurum. conf. DE. LVDEW. cit. diff.

(x) ita HERMOLDVS l. c. n. 8, Divisa est igitur Saxonia in octo  
Episcopatus, & dignissimis pastoribus subjecta, qui ad inbu-  
endas rudes in fide animas verbo & exemplo sufficerent. Qui-  
bus etiam hujus vitae stipendia memoratus Cæsar multo ho-  
nore, plena deniq. munificentia prouidit. &c. item BANGER-  
TVS in notis subnexis: CONRINGVS aliique.

§. VI. INSEQUENTIBVS temporibus, ac praecipue sec.  
XII. vbi academiae nauci coepere, temporum ratio, ac rei littera-  
riae facies postulauit, vt, qui docentium munere fungerentur,  
ex monasteriis arcessi debuerint. haud itaque conceptu difficile,  
cur academias secundum regulas claustrales institutas ordinatas-  
que legamus; nec minus veterum scholarum institutæ, quorum  
monasteria adhuc tenacissima erant, vna cum titulis dignitatum,  
in academias transmigrarint, inde est, quod in antiquis acade-  
miarum

miarum statutis docentes communi; ac comprehensiō nominē magistri audiant. (y) inde est quod in academia parisiensi magisterialis dignitatis tantus honor; in lipsiensi tanta conspicia tur magistrorum sic dīctorum nostrorum praeminentia. inde est regentiarum institutum, vbi sic dicti scolares vitam regularem agere, in communi resestorio vesci, in communi dormitorio dormire adigebantur. (z) inde est, quod omnes fere in promotionibus academicis adhiberi solitae solemnitates, ex veteri monasteriorum conditione, antiquisque ritibus originem ac lucem accipient: vti vel ex inuestitura per annulum, per infusiam (aa) doctoralem, per osculum, reliqua, satis patet atque abunde. (bb)

(y) ANDR. ALCIATVS ad L. 57. de V. S. v. cuiuslibet disciplinae. nec minus provoco ad inspectionem statutorum nostrae academiae anno 1419. inchoatorum, uti titulus cod. cuiusdam veteris moti, qui ad manus est, habet. cumque nostra quidem academia ad instar coloniae ex lipsiensi ac erfordiens enata sit; conf. Petrus von ges lehrten Rostockischen Sachen; & STIEBERI tr. eai rubrum: Meckl. Historie der Gelehrsamkeit, in praefatione; hanc improbabiliter concludi poserit, veramque matrem huic filiae fuisse perfimilem.

(z) incunda lectio sunt, quae in statutis academiae nostrae cap. IX. de officio rectorum regentiarum, & obedientia & conversatione regentialium leguntur. sane vita regentialis adeo monasticae conuenit, vt vix onus ouo similius esse queat, non ingratum erit, quod si quac dam, apprime hoc facientia ex veteri cod. msc̄to huc transcribam. num. II. l. c. ita habet: Item Regentiales debent subesse, & debitam reverentiam exhibere Rectori suo, eique parere in hys quae regentiam concernunt, & regimen ejusdem - - - num. V. Item Regentiae claudi debent post sonum campanae vigilum. num. XX. Item volumus & statuimus, quod in qualibet Regentia Vniuersitatis study Rostochiensis, simili ter in paedogio omnia & singula statuta regentialium regulatina - - - habeantur appensa in folio pergameno sive in tabula, in communi stuba, sive in regentialium refectorio, vt nullus illorum super statutorum ignorantia possit excusari. immo instituendos verius obedientiae praestare debuisse, conprobat iuramen-

sum

rum praestandum ab intitulando, cap. IIII. de Intitulatura occurrent, cum quo nsm. III, qui statim illud excipit, iungendus. plura quin afferam chartae prohibet angustia: interim legi meretur cap. X. de vita & conuersatione studentium.

(aa) de insulis sacrae dignitatis insignibus peculiaris extas STEGERI diss. epist. lipsiae 1739

(bb) insignia promotorum, ac in specie doctorum enarrat GLOS. SA in cap. 2. de magistr. in clementin: verb. insignia doctoratus.

S. VII. IAM. VERO quum negari non possit, iuriurandum magisteriale inter has quoque locum sibi vindicare ceremonias, ex eodem, quo reliquae, principio deduci ac illustrari & poterit, & debet. faciam periculum, si non indulgente, neutquam tam inuita MINERVA; ac adscitis in auxilium, quum academicci clericis adnumerentur, iuris can. doctrinis, tantum praestabo, quantum ingenii vires permittent; quum optime saepe in solemnitates a maioribus ad nos transmissas lex illa: non omnium 20 & 21. de LL. quadrare videatur; & in rebus antiquis sufficiat diuinasse.

S. VIII. AD. IPSAM rem vbi deuoluimur, eius quidem pertractatio sua se sponte in duas scindit sectiunculas: alteram, ut euincamus, adfuisse rationem prohibendi sufficientem, ne quis gradum magisterii bis ambeat; alteram, casum existisse vel existere potuisse, vbi tale corpus delicti deprehendatur. verum vero ex hac tenus dictis ac infra S. XII. & XIII. specialius deducendis patere arbitror, gradus magisterii collationem, vti quidem promotiones academicae omnes, ordinationis ecclesiasticae speciei instar esse habitam: & hinc ea, quae in iure canon. circa ordinationem disposita legimus, ad eam posse applicari. constat porro inter omnes, qui hancce scientiam vel a limine solum salutuere, ordinationem ex hypothesi catholicorum inter sacramenta referri: (cc) ergo totius causae cardo in eo versatur, vt demonstremus, ordinationem esse sacramentum irreiterabile: quo euicto omnes nobiscum consentient, eius reiterationem iure & potuisse, & debuisse prohiberi: patebitque ratio, cur magisterii gradum bis adsumere sit interdictum adeo, vt & eius candidati iureiurando hoc delictum eiurare fuerint adstricti.

(cc) conf. ARN. CORVINI ins canonicum libr. II. tit. II.

S. IX. ANTE. OMNIA vt de distincta atque completa sacramenti  
B

menti irreiterabilis notione conueniamus, necesse est. sacramen-  
tum definitur ab AVGUSTINO (dd) quod sit inuisibilis gratiae di-  
uinæ visibilis forma. sacramenti autem species septem (ee) nume-  
rantur; pabtismus nimirum, confirmatio, eucharistia, poeniten-  
tia, ordo sacer, matrimonium, ac tandem extrema vncio.  
harum aliae ita sunt comparatae, vt vi essentiae, vbi semel com-  
municatae, vno actu in perpetuum vires suas exserant, siveque  
personae, quoad viuit, etiam inuitae, inhaereant; aliae, vt  
vires iterum suas amittere possint, vel maiores nancisci. illae cha-  
racterem quemdam indelebilem inprimere dicuntur, ac reiterari  
prohibentur, hae non item, penitus re inspecta omnia sacra-  
menta, excepta vnicce eucharistia, quae characterem indelebilem  
inprimant, habita olim fuisse videntur. pabtismus perpetuo pro  
tali est reputatus. (ff) confirmatio vna cum baptismo vnum indi-  
uulsumque constituebat actum. (gg) poenitentia, in primis solem-  
nis, pariter haud iterari poterat. (hh) matrimonium simplex tan-  
tum fuisse permisum, nec polygamiam licuisse, ex odio secun-  
darum nuptiarum, conuiciisque, quibus secunda vota persecuti  
patres, in aprico est positum. (ii) quod vero ad extreman vnu-  
ctionem adtinet, ea, vbi resipuerat moribundus, non vteri-  
us pro tali habebatur, quod intentionem sefelliisset. (kk) sola eu-  
charistia ex instituto CHRISTI sua natura id secum ducere vide-  
batur, vt multoties peragatur; cum continuo saluatoris nostri  
meminisse, ac in fide corroborari debeamus. quae quum ita sint,  
reliqua omnia characterem communicantia indelebilem ea sine du-  
bio propter habita sunt, quod vires suas, vbi semel cum quopiam  
communicata, perpetuo exsererent.

(dd) de cinit. DEL cap. V. in tr. de catech. rudit. cap. XXX. & ep. 166.

(ee) teste CORVINO d. l. §. 2. his tamen doctrinis me neutiquam subscri-  
bere protestor, quod solum res, de qua sermo, ex hypothesibus catholi-  
cis deducenda sit, quantum fluentur iuris can. DD. in formanda cha-  
racteris indelebilis, cuius impressionem quibusdam sacramentis tribuunt,  
notione, ex nota idquam cel. BÖHMERVS aphorismis CORVINI d. l.  
§. 6. subnexis, videre est. num nostrae, quas suppeditauimus, notae  
characteristicæ punctum feriant, aliis diuidicandum relinquimus.

(ff) id quod CORVINVS d. l. multis canonibus demonstrat, LLque  
tam codicis, quam imperii confirmatum legimus. conf. tit. de anabapti-  
sis, eique subiunctam a BÖHNERO notulam (i) (gg)

(gg) conf. CORV, d. l. tit. de confirme. quaeq. ibi deprehenditur not. (g) nec non BÖHM. disserit. ad PLIN. & TERTVLL. in fine diff. 10.

(hh) vid. CORV. d. l. libr. II. tit. II. §. 7. & a BÖHMERO in not. (k) adlegati, quibus iunge eiusd. diff. III. c. l.

(ii) conf. CORVIN, libr. II. tit. 18. BÖHMERVSQ. in notis.

(kk) quid I. C. circa extreemamunctionem statutum, in compendio legi cui potest apud cit. CORVINVM d. l. libr. II. tit. IX. iunctis notis böhmerianis. obseruationculam addere libet. unctionis extremae fundatum optime in veteri aegrotorum unctione, iudicis usitata, ponit BÖHMERVS: hincque est, quod CORVINVS c. l. §. 1. eis vim corpus quoque sanandi tribuat. inde inualuisse viderur vanaplebis persuasio, aegrotum, ubi eucharistiam acceperit ultimam, exule quippe in terris protestantium unctione, aut mox moriturum, aut vires recepturum; non secus ac si clericorum medicina, ubi res medisorum desperata, in auxilium vocanda moribundis.

§. X. NEC SI ex doctrinis pontificiorum argumentari velimus, haec sententia suo destituitur fundamento; quod quidem per singula eundo breuibus comprobabo. ad finem autem unius sacramenti cuiusuis primario erit respiciendum. baptismus ac confirmationis id operabantur, ut quis in numerum Christianorum receperitus habeatur, quod ubi semel factum, iteratione opus non videbatur. (ll) poenitentiae ea propter locus, ut periculum faciat ecclesia, num resipiscere velit, ac in bono perseuerare peccator: ubi semel resipuerat, ac ad pristina facinora reuertebatur, redditus ad ecclesiam ei, tamquam qualificato peccatori, erat praeculsum. (mm) matrimonium typus unionis CHRISTI cum fidei ecclesia censebatur: (nn) quam unionem semel representasse sufficiebat, quod eius reiteratio diuulsionem argueret. de eucharistia ac unctione extrema, satis meam, qua punctum concernens, expli cui mentem.

(ll) hinc baptismus vocatur sacramentum intrantium c. 142. de consecr.

D. 4. quodsi quis coetum Christianorum defenserat, ac redire ad eum optaret; tunc non baptismo locus, sed poenitentias, sacramento redeuntium & resipiscentium c. 2. §. 2. de poenit. D. 3.

(mm) vid. loca §. anteced. allegata.

(nn) vid. CORVINVS d. l. libr. II. tit. XI. ibique BÖHMERVS.

§. XI. de ordine sigillatim, quare & is pro sacramento characterem indebiliem imprimente sit habitus, quaedam restat ut dicamus,

dicamus. ordo secundum canonistas ordinatis certum quendam peculiaremque tribuit statum , ab aliis diuersum ; (oo) nullaque capitis deminutione extinguibilem : adeo, vt ne ob atrocissima quidem delicta amittantur ordines : sed quasilaicatione, in primis si sint maiores, contentus esse debeat iudex ecclesiasticus. (pp) vnde patet, vbi semel ordinatio legitime facta, eam statim ordinem conferre, eumque perpetuo vires suas exercere, sic, vt eius reiteratio amplius nihil tribuere possit. (qq) conferri autem per ordinationem & consecrationem singularia DEI dona, & hinc ordinem inter sacramenta referri, iam monui supra. haec dona DEI personae ordinatae, nullo non tempore, inhaerent, eique inexsistunt: ea propter per claros iuris can. textus, ordo iis adnumeratur sacramentis, quae characterem indelebilem imprimere censerunt. (rr).

(oo) vid. cel. BÖHMERVS in notis ad CORV. pag. 99. not. i.

(pp) conf. CORV. d. l. tit. de remot. §. 9. 10. ibiq. BÖHMERVS.

(qq) vid. can. 1. de sacerd. non iterand. c. presbyter eod. rationem videlicet in c. 1. eod. & can. 34. 74. C. 1. qu. 1.

(rr) c. 107. de consecrat. c. 1. & c. ult. de sacr. non iterandis.

§. XII. QVOD. VERO promotiones academicae, ac has inter magisteriales, ad instar ordinationum ecclesiasticarum habitae sunt, iam innui supra: hic vero vberioribus conprobabo argumentis. ad ordinationem concurrere debet episcopus dioceles: (ss) in promotionibus academicis summae quoque sunt partes episcopi; (tt) aut in terris protestantium principis, iuribus circa sacra, & episcopalibus, gaudentis. ad ordinationes non admittuntur illegitimi; (uu) nechis, vt infamibus, ad gradus academicos accessus. (xx) ordinationem praecedit scrutinium, ac examen; (yy) promouendi pariter examini, quod dicunt, rigoroso submittere se tenentur, anteaquam promoueantur. (zz) ordinatio statum quemdam clericalem tribuit excelsiore; (aaa) idem & praestat promotione academica. plures conuenientias ordinationis ecclesiasticae & promotionis academicae pro scopo ratione nec addere libet, nec licet.

(ss) CORVINVS d. l. tit. de ord. clericor. §. 4.

(tt) quod hic ROSTOCHII olim omnes promotiones ex auctoritate episcopi fuerit factae sint: dein vero, ubi episcopatus hicce desit, ex indulgentia principis peragantur; ex historia originis huius academiae,

615

sins statutis & experientia inter omnes constat, conf. recens. allor. etnd.  
in alma rostoch. coll. 1. in delineatione statutus acad. rostochiensis.

(uu) CORVINVS d. l. §. 13. ibiq. BÖHMERVS in nota. a)

(xx) conf. HEINECCIVS in elem. 1. G. libr. 1. tit. VII. §. CXLIX.

(yy) CORV. d. l. §. 22. seqq.

(zz) & quidem ex statutis acad. nostrae antiquis tam examinatores,  
quam examinandi speciale iusurandum, quod ibi cap. VII. legere est,  
persoluere debent; peculiaresque, qui examen peragerent, in singulis  
facultatibus constituti leguntur examinatores, de quibus agit cap. XV.

(aaa) §. anteced. & per notoria.

S. XII. VBI. ORDINATIO semel rite facta, vel ita, vt de-  
fectus suppleri possit, haud iterabitur; non aliam ob caussam, quam  
quod sacramenta characterem indeleibilem inprimentia, inter quae  
ordinationem esse, modo demonstraimus, iterari prohibeantur.  
facilis itaque ad promotiones academicas argumentatio, nec eas  
sine crimine a promoto iterari posse. vnde quidem prono fluit al-  
ueo, rationem prohibendi adfuisse sufficientem, cur LL. academi-  
cis interdictum, ne quis, quem semel acceperat ordinem s. gradum,  
secunda l. vltiori ambeat vice; nec incepit statutum, vt median-  
te iureiurando promouendi huius delicti eiurent patrationem: quod  
vtrumque iuri can, ac statui, quem academici gerunt, clericali, tam  
consentaneum fit, atque conforme.

S. XIV. ABSOLVTA hisce priori disceptationis nostrae se-  
cundum, qua euincere studuimus, dari rationem prohibendi reite-  
rationem promotionis magisterialis sufficientem; ad alteram nos con-  
uertimus, vt de certitudine corporis delicti in casu quodam l. ficto,  
vel vero, reddamus certiores. & primo quidem intuitu rem si con-  
templemur, videri posset, huius delicti prohibitionem iis annu-  
merandam esse, in quas quadraret illud paulinum: Ich wusste nichts  
von der Lust, wo das Gesetz nicht hätte gesagt, las dich nicht gells-  
ten: cum credibile sit, cui hanc legem migrare prohibituam vo-  
lupe sit, repertum in neminem, quis quaeso! mortalius tantae  
vesaniae, nisi furiosus vel mente captus, erit, vt sua sponte ci-  
tra frugem pecunias perdere; facultatum dispendio nugas agere;  
tantoque pretio sumum sibi comparare intendat? quid ei secunda  
gradus assumptio tribuet, quo ex priori nondum gaudeat? nonne rebus  
in seriis iocari videndus, qui bis magisterii candidatus fieret? an  
tandem iureiurando adstringendus quis erit, ne stultus euadat?  
omnis hercle philosophia hic exsulare videtur! FATEOR in ipsa has

haeresi me fuisse tantisper , dum animo saepe mecum volutata or-  
dinationis materia , tandem in ea incidere , quae sequuntur.

S. XV. QVAMQVAM omnes academiae id , quod qua-  
tuor facultatibus constent , habere soleant commune : diuersissimis  
tamen interdum qua iura singularum facultatum , qua priuilegia &  
praerogatiuas promotorum in vna quaque , qua nexum inter se ,  
& sic porro , vtuntur consuetudinibus , in hac vel illa tanta magi-  
sterii dignitas , in alia vel maior vel minor . exempli loco sint ,  
quae supra , velut aliud agendo , de magisterii eminentia in lipsi-  
ensi ac parisieni academiis adduximus . non immerito sane cum  
**HERTIO** vti singularis reip. ita & academiarum , optanda , quae-  
rendaq. notitia . quid enim valet , quid immutare non potest loca-  
lis consuetudo ? quae quum ita sint , quid prohibet , quo minus  
promotus in academia , vbi , quem nactus est , gradus communi-  
bus tantum fruitur iuribus , eundem in alia , vbi lauatoribus gaudet ,  
affectaret ? notum est ex nouiter statutis facultatis philosophicae  
rostochiensis , quanta heic promotis , p[ro]p[ter]a alibi magisterii ordine  
decoratis , tributa sit praerogatiua . notum est , heic promotis sta-  
tim patere aditum ad cathedram superiorem , vt inde disputationes  
suo praesidio ornare possint : contra alibi promotis , quamuis in-  
facultatem receptis , antequam lectiones inchoare suas possint , id  
incumbere negotii , vt prius respondendo ex cathedra inferiori vi-  
res suas periclitentur . ponas , quid enim prohibet ? eundem mo-  
rem ab antiquo I. hac in nostra , I. alia in alma viguisse , nec deerit  
ratio , qua quis commoueri possit , ad consilium capendum reite-  
randae in eadem gradus assumptionis , quo huic se subtraheret one-  
ri . LEPIDVS porro est casus , qui in saepe allegatis academiae no-  
strae statutis cap. IIII. de intitulatura num. XXI. occurrit ; ad cu-  
ius analogiam similis qua promotiones effungi posset . verba ita so-  
nant : Item quia expertus est , quod aliquis se Rectori sub nomine a-  
licuius absentis repraesentans , & taliter ipsum absentem intitulari dolose  
procurauit , sibique nomen absentis false inponens sub nomine alterius p[ro]a-  
stantio iuramentum . Ideo statuimus , quod intitulatus & iuratus , de quo  
Rector uero similiter est dubius , per iuramentum p[re]stitum requiratur , an  
ep[istola] sit Johannes vel petrus sic nominatus , & cognominatus , secundum  
nomen & cognomen , quod illa Rectori ad intitulandum expressit , & si do-  
lose processit , deleatur nomen inscriptum cum cognomine , & in poenam doli  
talis dolosus careat pecunia , quanto dedit pro intitulatura , & pro supposito

non

non habeatur. (bbb) haetenus statuta. quid si sequentem inde formaremus casum: IVLIVS ac IAVOLENVS valde sibi similes ac familiares studiis operam hucdum nauauere; sed in pari sucessu. IVLIVS quidem ingenii praestantia iudiciiq. acumine pollens, cuncta, quae addiscenda, facili negotio in succum conuertit & sanguinem, eoq. pertingit, vt summo cum elogio non ambire solum sed adipisci quoque gradum magistri ei liceat. IAVOLENVS contra stupidus, ac tardissimi ingenii homo vix umbram eruditio[n]is sibi acquisiuit. nihilominus res eius domesticae postulant, vt gradu pariter ornatus domum reuertatur. adit IVLIVM, rogat, contendit, obsecratur, vt quantos in artibus fecerit profectus, adsumto IAVOLENI nomine, in peregrina quadam academia, ubi neuter eorum antea comparuerat, conprobet, magisteriiq. gradum ambeat, ac consequatur. non deest petitis ob familiaritatis ac aracitiae legem IVLIVS; abit, iter facet, nomen mentitur, redux que factus IAVOLENO diploma factae promotionis, quo se contra quoscumque vt magister legitimare possit, exhibet, tradit. nonne hoc casu, quum ordinatio personae inhaereat, dici poterit IVLIVM bis ordinatum, ac periu- rum esse? fateor equidem, haud probabile esse, talem casum exti- turum; interim tamen in LL. prohibitiuis, ad delicta ac fraudes eu- tandas, saepe scrupulo[so] ingenio, quid si talis casus exsisteret? locus vindicandus. accedit, quod statuta academie nostrae qua casum analogum ad experientiam prouocent.

(bbb) ratio huius statuti fuisse videtur, quod intitulandi scholares exami- nandi antea fuerint, quam in numerum studentium recipiantur, alias frades circa ordinationem committi solitas exhibet CORVINVS d. l. tit. de ordin. sub fin.

S. XVI. HAEC. DE corpore delicti dicta sufficient: plures ca- sus & ingenio excogitari, & malitia existentiae dari posse, facilis con- cedo. restat, vt paucis de poena, hancce iuratam promissionem violentium differam. periu[er]um, seu adcurate loquendo, fractio- nem iurisiurandi (ccc) hoc facto committi, nemo facile negabit: eius autem poenam secundum ius can. condignam atque statutam exhibet CORVINVS (ddd) atque canonibus suffulcit. VERVM enim vero, quum protestantes ordinationem inter saeramenta haud connumerent; sacramentalis autem eius natura huius prohibitio- nis seaturigo sit; non sine omni fundamento afferere mihi posse videor, inter tot innumeras fecis papalis reliquias hanc iurisiuran- di

di magisterialis clausulam quoque remansisse. at vero, cum reiectis  
principiis, conclusionibus inde deductis fauere nequeamus, ni om-  
nem, subuertere philosophiam velimus; patet abrogandam eam potius,  
quam conseruandam esse. exigenti a candidato hocce iusurandum  
obstare sane videtur exceptio, tua non interest, quae omnem agen-  
tem a limine iudicij repellit, omnemque alterius intentionem ener-  
uat. profecto! nullum allegari poterit commodum, quod ex hoc iu-  
rejurando seruato sperari; nec, quod ex eo violato metui possit,  
incommodum. nec antiquitas hanc clausulam excusabit: ni conce-  
dere velimus, antiqua championum iudicia, antiquatas per ignem,  
aquam frigidam &c. probationes postliminio restituendas, dicam,  
a nucibus ad glandes esse redeundum. (eee)

(ccc) conf. epistolar. nostra diff. de iurejurando & periurio.

(ddd) libr. III. tit. XXXI. §. 40. sq.

(eee) conf. HERTIVS ad paroem: Hundert Jahr unrecht, ist nicht  
eine Stunde recht.

AT. VERO tantum abest, vt criticum agere praesumam, vt  
obteles, hoc institutum longe a me, meique capacitate ingenii, esse  
alienum. hinc sermonis mei vela lubens effato MARTIALIS con-  
traham, sic de libris suis canentis.

\* \* \* mihi parva locuto

sufficit in vestras saepe redire manus,

in vestras, inquam, FRATRES. OPTIMI queis nunc vota ex fra-  
terno amore promanantia restant persoluenda. respondeant fata  
votis, & mirifice cuncta in vestram consentient salutem. secundet  
DEVST O. M. rerum moderator res vestras quocumque tempore in  
laudem suam gerendas. benedicat vobis ex alto munificentia diui-  
na, vt bonis omnibus laetitiam, malis liuorem excitetis. accedat ho-  
nos honori, gaudium gaudio, felicitas felicitati, vt qvam philo-  
sophi querunt, beatitudinem nanciscamini. amplectamini, quae in  
vitiis bona, quae in virtutibus affectata, seponite; quid enim aliud  
est, quam optasse, euadatis in vere sapientes. immo quidni vs-  
bis expeterem votis, quae mihi ipsi? vt benigna fortuna nobis con-  
seruet, excitet, tribuat, parentem, fautores, honores; haec tria  
enim, quam quisque auet, nostram continent felicitatem. valete!

deproperab. e museo A. O. R. CICLOCCXLII.

tertio nonas april.

A B C D E F G H I J K L M N Focus O Balance Q R S T U V

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	W	X	Y	Z
Copyright 4/1999 XyloMaster GmbH www.xylomaster.com																						

(n) in antiquis romanis proem. §. 43. seqq; nec n  
a §. 6. ad finem tituli: quam in compendium redac  
riam in historia iuris p. m. 296. §. 296. seqq.

(o) l. saepe cit. p. m. 25.

(p) prodit ea BEROLINI. 1668. in 12.

§. V. BREVIBVS itaque ex CONRINGII (q)  
aliorumque, suo loco ciendorum, historicorum  
de scholis germanorum edisseram, quantum suffi  
respondendam, quam in medium protuli quaesti  
men hic ab ouulis, vt loquuntur exordier: init  
bus CAROLI. M. faciam. IS. QVIDEM vbi post t  
victorias rebellem infestamque sibi (s) tandem  
xonicam gentem; eo omnes intendit animi vir  
endo eorum numerum, potentiam viresque;  
eorum animos, feritatem, ex iis profligaret. (t)  
coloniam aliam, vt romam migraret, (v) italia  
um eligeret, iussit: aliam in galliam, (w) in tra  
mitis; aliae aliam petere terram imperavit. ch  
los docendi DEI cultum vt suauioribus animos  
ret moribus, scholas conplures instaurauit, iisque  
fecit ludimafistros; vt rudes ibi laxones prim  
ligionis addiscerent rudimenta. quae quidem fo  
ne in claustris, monasteriis, ac episcopiis institu  
taeque, quem fugit, nisi quem prima quoq  
giant elementa? (x)

(q) l. c. diff. Ultia per tot.

(r) in chronica slavorum libr. I. cap. III. notis BAN

(s) quae mouerint CAR. M. rationes, vt tanto in sa  
queque ratione eos & ad officium & ad christiana  
serit, suaui calamo enarrat HEISSIVS dans l'  
partie I. cap. II. in vita CAROLI M.

(t) digna sunt HEISSII quae hic referantur verba  
même, inquit, pour leur ôter l' occasion de  
la felonie, il fit transferer en France & en It  
mille des meilleures familles, qui habitoient  
Elbe. Il les mit par ce moyen hors d'état de  
qu'il venoit de faire avec eux, dont vne des  
ditions étoit, qu'ils renonçoient à l' idololatri  
stianisme seroit établi dans toute la Saxe.

decem millia familiarum tantum numerat HERMOLDVS l. e. n. 4.  
verbis: Nullis itaque ferè annis à bello vacantibus, tandem  
Saxones ita profligati leguntur, vt ex his, qui utrasque ripas  
Albiae incolunt, decem millia hominum cum mulieribus &  
paruulis in Franciam translati sint. nec transmissionis in itali-  
am mentionem iniicit: sed de hac plane filet, eius narratio.

(v) unde, quae romae exstat, aedes saexia nomen sortita videtur an-  
ziquariis.

(w) quum ex HELMOLDIO ac HEISSIO probatum dederimus, sa-  
xones in galliam translatos iuxta albim flumen habitasse, haud obscu-  
ra iam vocis albini ac albinagii dari exinde potest etymologia, cir-  
ca quam critici mirum in modum hucdum se torsere. conf. DE. LVDE-  
WIG in diff. de peregrin. albinagio ac wildfangiatu cap. I. albi-  
num significare iux-  
degentem facilius uni liquet cuique. al-  
binagii etymon f-  
e, si terminatio vocis est, gallis ple-  
rumque significat. Si l' hermitage anachoriae  
syn-  
m est quod apartage, sedes peculia-  
ratione dicebantur aduenae, qui  
lia: cumque ii peregrini essent,  
em nacta, ut commune peregr-  
int, cur ius regi franciae in-  
albinagii dicatur, haud ob-



igitur Saxonia in octo  
objecta, qui ad inbu-  
plo sufficerent. Qui-  
status Cæsar multo ho-  
proudit. &c. item BANGER-  
ANGVS aliique.  
IBVS temporibus, ac praecipue sec-  
ci coepere, temporum ratio, ac rei littera-  
rari, inveniuit, vt, qui docentium munere fungerentur,  
ex monasteriis arcessi debuerint. haud itaque conceptu difficile,  
cur academias secundum regulas claustrales institutas ordinatas-  
que legamus; nec minus veterum scholarum institutæ, quorum  
monasteria adhuc tenacissima erant, vna cum titulis dignitatum,  
in academias transmigrarint. inde est, quod in antiquis acade-  
miarum